

D. Hieron. Epist. 83. dabo illi calculum novum, Ansbertus. Dabo illi margaritam.

EXPOSITIO IX.

314. SIMILITER penitentiam age. Ut ergo etiam precepi Episcopo Ephesi, ut ageret penitentiam, similiter tibi precepo, hoc c. a. n. 5. Ita Ambrosius, Primasius, & alii communiter. Si quo minus, id est, si nolueris penitere, veniam cito, breviter, & presto veniam ut iudex, & vindex tam tibi, quam illis. Nam etsi Deus dissimulet cum uno peccatore, tamen mala communia, & publica non dissimulat. Pugnabo enim illis in gladio oris mei, proferam in omnes sententiam communitatis & mortis: & de hac sententia communiter explicatur gladius exiens ab ore Christi, ut dixit c. 1. q. 68.

325. Qui habet aures audiendi audiat. Hoc dicit ad magnam excitandam attentionem, Vincenti, superanti nempe facta Nicolaitarum, eorumque foedas voluptates, suamque etiam vecordiam, pusillanimitatem, quam Christus in eo arguit, dabo manna absconditum, consolationes ac suavitates nempe spirituales, quae fortiter contra vitia dimicantibus dantur; dicitur autem absconditum, ignotum inexpectis; solus qui accipit, haec sentit, & agnoscit, multi hic per manna sacram Eucharistiam intelligunt, de quo infra; & calculum candidum, per iucundam, ac festivam sententiam felicitatis, & gloriae aeternae; & nomen novum, atque inexpectatum bonorum, ut filius, & haeres Dei nominetur, & revera sit.

QUESTIO XLV.

Quare Episcopo Pergameno tam intime penitentia commendatur? Et alius verba textus expenduntur.

326. Dicitur in textu huic Episcopo, similiter penitentiam age. Illud similiter, ut iam dixi refertur ad Episcopum Ephesinum, sicut & ille, tu age penitentiam Rem aliter explicat Albertus Magnus, ait: similiter nempe, ut tu de negligentia correctionis, & illi de culpa, pari enim reatu astringitur, & ille, qui prava docet, & qui tacens permittit. Sicut pravi Doctores. Discipulus Balaam, ut Nicolaitae multam culpam commiserunt, & indigent magna penitentia, ita similiter & tu, qui eos permittisti, reatu eodem tenetis, & magnam cum illis age penitentiam; eodem crimine afficitur ille, qui malum perpetratum, ac ille, qui ipsum permittit; & confentit. Ambrosius Ansbertus. Quia in uno morbo, ait, utraque species agrotare in spexit, uno etiam medicamento penitentia eas sanari debere salubriter admonuit.

327. Secundum. Maxime expendenda est series

verbo. cum textus ait, Habeo adversum te panem, quod habes illic tenentes doctrinam Balaam; Deinde subdit, penitentiam age, ac tandem veniam tibi cito, ut debitas poenas a te exigam. Rectus, & debitus ordo non a minis incipit, sed primo obijcit peccata deinde ad penitentiam advocat, & tandem minas interponit, qui enim subijctis suis peccatis, & de illis non agit penitentiam, in minas divini iudicii incidit. Richardus de Sar. Victore sic Richard. Post asperitatem increpationis subjungit admonitionem emendationis, & si nollet corrigi terrorem comminationis; nam ubi dicit, penitentiam age, penitentiam admonet: ubi vero subdit, si quominus veniam cito per comminationem terret.

328. Tertio idem Richardus. Si quo minus feceris, si penitentiam non egeris, si malos non correxeris, veniam tibi cito ad iudicium & detrimentum: & hoc cito, ne propter prolixitatem temporis inellectas moras emendationis. Cur ait, si quo minus: Nonne satis erat dicere veniam tibi, ut nisi errata emendes penitentiam, debitas poenas perfolvas; ad quid addit cito? Ne temporis prolixitati fideret ad agendam penitentiam, sed quod cito, & indilate illa praestanda sit, omni mora, ac dilatione exclusa.

329. Quarto, Aretas, O immensitatem abundantissimam dignitatis Dei? etiam in minis quoque vincet bonitas Dei, pugnabo, inquit, non tecum, sed cum Nicolaitis, qui immedicabiliter agrotant, & ad nihil sunt utiles. Siquidem eorum, qui Pergami erant tanquam fidelium amore captus erat, indignatus ipsis ob solam unam conversationem cum Nicolaitis. Ait Dominus: Pugnabo enim illis in gladio oris mei, videbatur dicendum pugnabo tecum in gladio, non autem cum illis. Nam Dominus ait ad Pergami Antistitem veniam tibi cito, nempe ad te puniendum; consequens ergo erat dicere & pugnabo tecum, ad quid divertit sermonem pugnabo cum illis: in hoc profecto maxime elucet Dei bonitas in suos electos, qui licet in eos misericorditer conjiciat, ulterius non progreditur, ac districto gladio reprobos immedicabiliter in suis criminibus perseverantes insequitur ut eos severè ac rigorosè puniat; & affligat.

330. Sexto, D. Bernard. Senenf. Iste bellator, ait, pugnabit tam velociter, ut nullus effugere possit, nec resistere, quin pereat. Luc. 21. Nunc videbunt filium hominis venientem cum potestate magna, & majestate: Pugnabit etiam prudenter, ut nullus possit eum cavere. Sap. 5. Induet pro thorace iustitiam, & pro galea iudicium certum. Item pugnabit potenter, & cum magno exercitu & ipse peccator erit omni destitutus auxilio; pugnabit etiam pro eo orbis terrarum contra incensatos. Id est omnis creatura peccatores, pugnabo cum illis in gladio oris mei; tantum dicit Dominus, quod pugnabo, cur etiam non addit, & victor lorum ero; cur solum pugnabo commemorat, victoriam tacet: quia hic robustus testator tam fortiter, prudenter ac potenter pugnabit quod idem sit exire in bellum, ac victoriam & triumphum obtinere.

331. Septimo. Maxime ponderandum est, quod dicitur huic Episcopo: penitentiam age, si qua manus veniam tibi cito, & pugnabo cum illis,

QUESTIO XLVI.

Quare vincenti promittitur manna absconditum, & quidnam significet hoc manna iuxta varias sententias?

334. At Christus D. Vincenti, facta Nicolaitarum, eorumque turpes carnis voluptates, tuamque vecordiam, quam ego Filius Dei, in te o Episcopo Pergami, argui; nam in his Epistolis, ille vincens vocatur, qui opere implet quae Christus jubet, & in hac re se ipsum, ac difficultates occurrentes viriliter superat, ac devincit.

335. Quid verò hoc manna significet, circa hoc multae, & celebres sunt interpretationes; & prima de sacra Eucharistia exponit, de quo latè quæst. sequenti dicam, secunda, Primasius, & Ambrosius, Christum D. intelligunt, qui fuit absconditus primò in lege, secundò in carne, tertio in Eucharistia. Hinc dicitur Isai 43. n. 15. Verè tu es Deus absconditus.

336. Tertio, Richard. de S. Victore, Andr. Cæsar. per manna interpretantur arcana divinitatis, aeternam felicitatem: Hæc enim, ut ait Pererius denotantur per tria aptissima bona hic apposita: Manna enim significat inenarrabilem felicitatis dulcedinem; calculus, ejusdem opes, & præcium amplissimum, molen famæ, & gloriae claritatem, ac celebritatem. Andr. Cæsar. Quia oculus non vidit, nec auris audivit, nec mens humana comprehendit, quae quantaque in futuro ævo preparata sunt iustis, nec nomen quomque illud novum, quod videtur ibi paratum possidebunt.

337. Quarto quo ait D. Laurent. Novarienf. hom de elemosyna. Qui sunt autem villari, ait, quam illi, quibus dixi, venire benedicti, possidere regnum, esurivi, & dedisti manducare. Ecce palma & premia, pro pane modico, quem dedisti, accepisti manna absconditum: potum porrexisti, & paradisum recepisti. O infinita Dei liberalitas, non tantum par pari refert, panem pro pane, sed valde largiter, & superabundanter accipit à vobis corruptibilem panem, & reddit cum qui reficit immortaliter: accipit micam, & reddit segetem vitarum.

338. Quinto, D. Bernard. Senenf. Penitentia tua, ait, potest intelligi dulcedo propter saporis suavitatem, sicut enim manna habebat saporis suavitatem, & delectamentum, sic anima sancta in jejuniis, disciplinis, & infirmitatibus suavitatem invenit. Vincenti, id est, penitenti, cur tamen ei non annuntias aspera, & acerba, scilicet jejunia cilia,

Prælati ex charitate, pro subditis agat penitentiam.

Joach.

Ezech. 3.

332. Job. 26. Prælati pro subditis gerat penitentiam.

D. Patch.

333. 3. Reg. 7. Mare super duodecim boves.

Christus bellator, & ipse peccator erit omni destitutus auxilio; pugnabit etiam pro eo orbis terrarum contra incensatos.

331.



